Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



in finibus qui erat ortus ex helv
sacerdote domini in silo portabat
ephot. sed et populus ignorabat quo
esset ionathas. Erant autem inter
ascensus per quos nitebatur iona
thas transire ad stationem philisti
norum. eminentes petre ex utraque
parte et qui in modum denarium seo
pulchrum unde principium nomen vo
cabatur et nomen altera sente unus
scopulus prominens ad aquilonem
et adversus machmas et altera me
ridie contra gabaa. T. feria secunda.

Dixit ionathas ad armigerum
suum. Venite transeamus
ad stationem philistinorum in conuen
sorum hoc. si forte dominus faciat per
nos. quia non est difficile domino
saluare uel in multitudine uel in
paucis. Dixitque ei armiger suus
fac omnia que placent animo tuo.
perge quo cupis. ego ero tecum ubi
cumque uolueris. Et ait ionathas.
Ecce transimus ad uiros istos.
Cumque apparuerimus eis si taliter
locuti fuerint ad nos. manete do
nec ueniamus ad uos. stemus
in loco nostro nec ascendamus ad
eos. Si autem dixerint ascendite
ad nos ascendamus. quia tradidit
eos dominus in manibus nostris. hoc erit
nobis signum. T. Apparuerunt ergo
ionathas et armiger suus statio
ni philistinorum. Dixeruntque philis
tini. En hebrei egredientur de ca
uernis in quibus absconditi fu
erant. Et lo[illegible]cuti sunt de
statione ad ionathan et armige
rem suum. dixeruntque. Ascendite ad nos
et ostendamus uobis rem. Et ait
ionathas ad armigerum suum.
Ascendamus sequere me. Tradidit
enim eos dominus in manus israhel.
Ascendit autem ionathas repedans
manibus et pedibus et armiger eius
post eum. Itaque alii cadebant ante
ionathan. alius armiger eius se
quebatur sequens eum. T. Et fuit
est plaga prima quam percussit io
nathas et armiger eius qui iugiter
uinos in media parte iugeri. quam par
tem iugeri arare possunt. Et fuit
est miraculum in castris et per agros.
Sed et omnis populus stationis eorum ob
stupuit et conturbata est terra. et
accidit qui miraculum a dominio.
Et respexerunt speculatores saul
qui erant in gabaa beniamin. et
ecce multitudo prostrata. huc illuc
que diffugit. Et ait saul populo qui erat
cum eo. Requirite et uidete quis
abierit ex nobis. Cumque requisis
sent. reptum est non adesse iona
than et armiger eius. Et ait saul
ad achim. Applica archam dei. Erat
enim ibi archa dei in illa die cum isrl.
Cumque loquerentur. feria tertia.
Saul ad sacerdotem tumultus
magnus exortus est in castris phy
listinorum crescebatque paulatim et
clarius resonabat. Et ait saul ad
sacerdotem. Contrahe manum tuam.
Conclamauit ergo saul et omnis
populus qui erat cum eo. et adunati sunt
ad locum certaminis. et ecce unusquis
que erat gladius uiri sui contra ad
proximum suum. et cedes fuit magna
nimis. Sed et hebrei qui fuerant
cum philistinis heri et nudius tertius
ascenderant cum eis in castris
circumsistentes. ut essent cum israhel
qui erant cum saul et ionatha. T.